tionem: ne quis & ea sublata esse putaverit, sancimus, cum hujusmodi verbis mulieribus aliquid relinquatur, *Si vidua* [1] *erit*, vel *quoties vidua erit*. vel *cum vidua erit*, vel e contrario maribus, *Si amiserint uxores*, vel *quando ad cœlibatum pervenerint*: non vetari ea vindicare, vel legitimo modo sumere, quæ eis derelicta sunt. Neque enim ut permaneant, vel fœminæ in viduitate, vel masculi in cœlibatu, videtur esse relictum, ut locum ante nostram legem habeat lex Julia Miscella, quæ jam perempta est: sed cum primum hoc evenerit, illico competat talibus personis ejus quod relictum est, persecutio: quia sub conditione relictum esse videtur, sive semel, sive in annos singulos hæc liberalitas fuerit conscripta, quasi pro solatio suæ tristitiæ [2]. Dat. Kalend. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XLI.

DE HIS, QUÆ POENÆ [3] NOMINE IN TESTAMENTO, VEL CODICILLIS [SCRIBUNTUR, VEL] RELINQUUNTUR.

Relictum, vel in alium translatum pœnæ nomine valet, nisi ob turpem causam, vel impossibilem conditionem relinquatur.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ PP.

SUpervacuam observationem veterum [legum,] per quam testatorum voluntates ad effectum duci impediebantur, amputamus: præcipientes, nullum valere dicendo pœnæ nomine quædam esse relicta [4], vel adempta in supremis testantium voluntatibus, eas infirmare: sed liceri testanti pro implenda sua voluntate, vel pecunias dari præcipere, vel aliam petuniariam pœnam inferre quibus voluerit, tam in adimendis hereditatibus, vel legatis, vel fideicommissis, vel libertatibus, quam in præcipiendo ad alias personas eas transferri ab eo, cui relicta ab initio sunt, vel aliquid aliis ab eo dari, si minus dispositionibus suis heres, vel legatarius, vel libertate donatus paruerit. Quod [5] si aliquid facere, vel legibus [6] interdictum, vel alias probrosum, vel etiam impossibile [7] jussus aliquis eorum fuerit: tunc sine ullo damno, etiam neglecto testatoris præcepto servabitur. Dat. Kal. Januar. *Constantinop.* Domino nostro JUSTIN. A. PP. 2. CONS. 528.

TIT. XLII.

DE FIDEICOMMISSIS [8].

De alimentis, & vestiario,

1. Imp. ANTONINUS A.

SI probaveris Demetrium petiisse [9] de matre heredeque sua, ut tibi alimenta menstrua, & vestiarium annuum præsteret, eamque secutam voluntatem filii sui per multum [10] temporis, id est, non minus in tali causa triennio [11] ea præstitisse, ut in [12] futurum quoque ea præstentur, & si qua in præteritum præstita non sunt, ut exolvantur, impetrabis. PP. 17. Kalend. Septemb. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De solutione fideicommissi inutiliter relicti.

2. Idem A. Eupatrio.

ET [13] si inutiliter [14] fideicommissum relictum sit: tamen si heredes comperta [15] voluntate defuncti, prædia ex causa fideicommissi avo tuo præstiterunt [16]: frustra ab heredibus ejus de ea re quæsito tibi movetur, cum non ex ea sola scriptura, sed ex conscientia [17] relicti fideicommissi defuncti voluntati satisfactum esse videatur. PP. 6. Kalend. August. LÆTO 2. & CEREALE CONSS. 216.

De morte manumissæ ex causa fideicommissi, cui hereditas quoque fideicommissa debebatur.

3. Idem A. Rufino.

CUm secundum voluntatem defunctæ, Chrysidem puellam ab heredibus manumissam, eamque, priusquam ei restitueretur hereditas [18], inrestato vita functam proponas: ad manumissores [19] ejus successio pertinet. Qui si adierint ejus hereditatem confusis [20] actionibus, fideicommisso sunt liberati. PP. 5. Id. Decembr. LÆTO 2. & CEREALE CONSS. 216.

De alienatione & oppigneratione extra familiam prohibita.

4. Imp. ALEXAND. A. Victorino.

VOluntas [21] patris prohibentis [22] *liberos fundos extra* [23] *familiam* [24] *vendere, vel pignori dare*, fratrem sorori [25] donare [26] prohibuisse non videtur. PP. 5. Kal. Jul. MAXIMO 2. & ÆLIANO CONSS. 224.

Differentia substitutionis pupillaris, & fideicommissaria.

5. Idem A. Reginæ.

SI frater tuus, postquam patri heres extitit, pubes [27] jam [factus,] sine liberis decessit: ex pupillari substitutione tibi hereditas ejus delata non est. Sed [28] si verbis fideicommissi aliqua parte testamenti confirmata est: fideicommissum ab heredibus petere non prohiberis. PP. 15. Kal. Februar. JULIANO 2. & CRISPINO CONSS. 225.

Si res obligatæ relinquantur.

6. Idem A. Nilio.

PRædia obligata [29] per legatum, vel fideicommissum relicta, heres luere [30] debet: maxime cum testator conditionem eorum non ignoravit: aut si scisset, legaturus tibi aliud, quod non minus esset, fuisset. Si [31] vero a creditore distracta sunt, pretium heres exsolvere cogitur, nisi contraria defuncti voluntas ab herede ostendatur. PP. 16. Kalend. Mart. JULIANO 2. & CRISPINO CONSS. 225.

Si quæratur de voluntate defuncti.

7. Idem A. Septimo.

VOluntatis [32] defuncti quæstio in æstimatione [33] Judicis est. PP. 15. Kal. Mart. FUSCO 2. & DEXXTRO CONSS. 226.

De relictis ei, qui fideicommissariam libertatem meruit.

8. Idem A. Masculo.

QUi fideicommissariam [34] libertatem meruit, legata, seu fideicommissa a defuncto sibi data suo jure persequitur. PP. 15. Kalend. Jun. FUSCO 2. & DETRO CONSS. 226.

Qui possunt onerari, vel non.

9. Imp. GORDIANUS A. Paulinæ.

AB eo, qui [35] neque legatum [36], neque fideicommissum, neque hereditatem, vel mortis [37] causa donationem accepit, nihil per fideicommissum relinqui potest. PP. 17. Kalend. Octobr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De verbo Volo.

10. Idem A. Firmo.

VErbum, *volo* [38], licet desit, tamen [39] quia additum perfectum sensum facit, pro [40] adjecto habendum est. 3. Id. Decembr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS, 240.

Si alienationi consentiant fideicommissarii.

11. Idem A Papyriano.

QUotiens ab omnibus [41], qui alienatione [42] facta ad fideicommissi petitionem adspirare possunt, venditio celebratur, aut quibusdam vendentibus alii consenserint [43]: contractus auctoritas convelli nequaquam potest. PP. 2. Kal. Januar. GORDIANO A. 2. & POMPEIANO CONSS. 242.

De rogato restituere post mortem.

12. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Rufino.

POst mortem suam rogatam restituere hereditatem, defuncti judicio, & [44] antequam fati munus impleat, posse satisfacere, id est, restituere hereditatem quarta parte vel retenta, vel omissa [1], si voluerit, explorati juris est. PP. Id. Octobr. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

De relictis a substituto.

13. Iidem A. & C. Sempronio.

QUoties principali [2] loco heres institutus testatori succedit: legata, seu fideicommissa a [3] substituto data posci jure non possunt. PP. 8. Kal. Mart. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 246.

De substitutione facta impuberi verbis precari s. Verbis precariis substituti, si intra pubertatem heres institutus decedat, eo intra pubertatem mortuo, fideicommissum petere possunt ab ejus heredibus, si adita hereditate decesserit, vel a legitimis testatoris heredibus, si heres institutus decesserit non adita hereditate. Char.

14. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Falconi.

EAm [4], quam frater tuus instituerat, sive quæsita, sive non quæsita hereditate decesserit: cum tamen simpliciter [5], antequam [6] duodecimum ætatis annum implevisset, verbis precariis [7] testamento facto nonnullos ei voluerit substitutos: nihil prohibet fideicommissum petere [8], vel ab ipsius heredibus [9] [vel ab his,] qui bona intestati tenent [10]. Tunc enim locum habet quod regulariter [11] traditur, *ea quæ in testamento relinquuntur, si ex testamento non adeatur hereditas, non valere*: cum verbis relicta [directis] adiri potuit hereditas, non cum illa ipsa sic data est, ut esset ab intestato successoribus postulanda. Quod rescripsimus sequentes adseverationem tuam, quasi scripta heres non fuerit jure adoptata [12]: alioquin si in familia relicta heres facta decesserit: & consequenter ipsius heredes petitioni fideicommissi respondere coguntur. PP. 14. Kalend. Septemb. VALERIANO 3. & GALLIENO 2. AA. CONSS. 256.

De patre rogato filium suum a rogante heredem institutum emancipare.

15. Iidem AA. Philocrati.

QUamvis [13] simpliciter [14] te ac fratrem tuum aliquis instituerit heredes, ejusque hereditatis commodum pater ex tua fratrisque persona pro portionibus vestris potestatis ratione quæsierit: tamen quia inferioribus [15] verbis testamenti vos sui [16] juris facere testator curavit, intelligi potest restituendæ hereditatis commodo fideicommisso patrem obstrictum esse. PP. 6. Id. Octobr. *Romæ*, MAXIM. 2. & GLABRIONE CONSS. 257.

De herede rogato, quidquid ex hereditate ad eum pervenerit, post mortem suam restituere.

16. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIAN. AAA. Isidoræ.

CUm [17] virum prudentissimum Papinianum respondisse non ignoremus, etiam legata hujusmodi fideicommisso contineri, id est, ubi [18] heres rogatus fuerit, *quidquid ex hereditate ad eum pervenerit, post mortem restituere*: animadvertimus etiam præceptionis [19] compendium testatoris verbis comprehensum esse [20]. † Sane quoniam in fideicommissis voluntas [21] magis, quam verba plerumque [22] intuenda est, si quas pro rei veritate præterea probationes habes, ad commendandam hanc patris voluntatem quam fuisse adseveras, apud præsidem [provinciæ] experiri non vetaris. PP. Prid. Id. Novembr. CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

De liberatione legata.

17. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Fortunato.

SI creditoris voluntas jure [23] subnixa liberari [24] te debito volentis doceri potest: etiam antequam solenniter tibi liberatio a successore præstetur [25], exceptionem [26] tibi ex [27] voluntate defuncti descendentem competere manifestum est. PP. 12. Kal. Maji, MAXIMO 2. & AQUILINO CONSS. 286.

De necessitate reddendæ rationis remissa.

18. Iidem AA. Apolausto.

CUm necessitatem reddendæ [28] rationis defunctus remittendam tibi esse petierit, manifesti juris est, voluntatem defuncti immutatam [29] esse debere. PP. Id. Mart. ipsis 4. & 3. AA. CONSS. 290.

De priore & posteriori voluntate.

19. Iidem AA. Ampliato.

CLari & aperti juris est, in fideicommissis posteriores [30] voluntates esse firmiores. PP. 8. Id. Septemb. ipsis AA. 4. & 3. CONSS. 290.

De relictis a tutore.

20. Iidem AA. Juliano.

ETiam [31] a pupillorum tutoribus, velut ab ipsis [32] relicta fideicommissa debentur. PP. 3. Non. Decemb. ipsis 4. & 3. AA. CONSS. 290.

De transmissione ad heredem.

21. Iidem AA. & CC. Tiberio.

SI in personam patris tui, cui te successisse proponis, fideicommissi dies utiliter [33] cessit: licet tempore, quo fuerat datum, necdum [34] te natum [fuisse] probetur, uxorem patrui [tui,] quem contendis rogatum fuisse patri tuo, *si sine liberis decesserit*, abavo [tuo] relicta restituere: si ei successerit, de fideicommisso convenire debes. Nam si patrui etiam hereditas tibi quæsita est, non de fideicommisso quærendum, sed hereditas ab ea vindicanda est. Dat. 6. Id. Febr. AA. CONSS. 293.

De epistola, libello, scriptura, nutu, testibus.

22. Iidem AA. & CC. Plautiano.

ET [35] in epistola [36], vel [37] libello, vel sine [38] scriptura, imo etiam nutu [39] fideicommissum relinqui posse adhibitis testibus, nulla dubitatio est. Dat. Id. April. *Byzantii*, AA. CONSS. 293.

Si veritas, vel solemnitas juris deest.

23. Iidem AA. & CC. Stratonico.

SI [40] veritas, vel solennitas [41] juris deest, nec [42] amplexus parentis voluntatem relicta dedisti, vel transactionis causa stipulantibus [43] promisisti, negotiumque integrum est: ad solutionem urgeri non potes. Dat. 5. Kal. Februar. AA. CONSS. 293.

De instrumentis relictorum prædiorum.

24. Iidem AA. & CC. Menostrato.

INstrumenta [44] prædiorum per fideicommissum relictorum, quæ ad probationem originis eorum pertinent, heredes præstare necesse non habent: cautionem [45] tamen præstare debent: quod si opus fuerit, legatario seu fideicommissario ipso, si habeant, proferant [46]. Dat. Kal. Decembr. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De re heredis.

25. Iidem AA. & CC. Julianæ.

HEredum [47] etiam res proprias per fideicommissum relinqui posse, non ambigitur. Dat. 2. Kal. Mart. CC. CONSS. 293.

---

1 Conditio, lego Mæviæ, *Si vidua erit, Cum vidua erit*, vel, *lego Titio, si uxorem amiserit.* Cum cœlebs erit, non remittitur: nec enim videtur adimi fed solatium voluitati præbet. 2 Solatium tristitiæ.

3 Vide *l. 34. ff. 6.* Ulp. 24. §. 17. §. 36. *Inst. de legat. l. 12. ff. de cond. & demonstr.* hoc tandem constituit, valere omnia quæ testamento, vel codicillis pœnæ causa relinquuntur, ut suprema voluntas testatoris potuit sit ratione juris, nisi si quid testator fieri jusserit impossibile aut quasi. 4 Relictum vel ademptum pœnæ nomine valet: nisi turpis, vel impossibilis conditio adjecta sit. 5 Prohibitionem factam heredi, vel legatario, ne instituat heredem etiam extraneum, valere, ex hoc loco colligitur juncta *l. quoties. 22. ff. de cond. & demonstr.* 6 Quæ conditio potest negligi quæ vel spe præmii, vel metu pœnæ impedire potest liberam testandi facultatem, nisi forte testator justa ac legitima de causa heredem testari prohibuerit: veluti prodigum, vel similem. Alex. 1. *cons.* 155. Jas. 2. *cons.* 189. 3. *cons.* 122. 4. *cons.* 164. Curt. *cons.* 160. *Glos. in l. illic. 71. ff. de her. instit.* 6 Legibus interdicta, non natura, sed jure impossibilia censentur. 7 §. *ult. in fin. Inst. de leg.*

8 30. 31. 32. *D. eodem.* adde 2. *Inst.* 23. 9 Testamento, scil. minus solenni.

10 Multum temporis, triennium. 11 2. *Feud.* 2. §. 2. Triennio solutum annuum legatum, in futurum perpetuo debetur. vide quæ dixi ad *l.* 28. *supr. de pact. l.* 5. *l.* 7. *l.* 8. *supr. de usuris. l.* 6. *ff. de usuris.* adde *l.* 88. §. 5. *ff. de leg.* 2. 12 Vide *d. l.* 28. 13 Licet inutiliter legatum relictum sit, & heredes (cæteras præstiterint: non amplius id reperere possunt. *Synop. Basil. 44. tit. 1. c. 112.* 14 Agnoscens minus solennem voluntatem, & ex ea solvens non repetit. 15 *Comparata.* Hel. 16 Ultro ac voluntarie. *l. 23. ff. red. l.* 16. §. 1. *supr. de testam. l.* 18. *ff. de fideic. libert. l.* 9. §. 5. *ff. de jur. & facti ign.*

17 Conscientia relicti. 18 Fideicommissum universale transmittitur, licet non facta sit restitutio: ut hinc constet pertinere etiam hunc titulum ad fideicommissa universalia. adde *l.* 5. 12. 14. 15. 16. 30. *& ult.*] *eod.* 19 *l.* 17. *ff. de bon. lib. Instit. de suc. lib.*

20 Debitori succedente creditore, confundituratio. *l.* 7. *supr. de pactis. l.* 6.] *ad l. Falc. l.* 95. §. 2. *ff. de fideiuss.* 21 Vide *l. ult. supr. de reb. al. non alien.* 22 Alienatione liberis interdicta non prohibentur ipsi liberi inter se alienare, *ut hic.* Quid liberis alienare prohibitis, an nepos alienare vetatur? prohibetur, ut & alii descendentes. Quid si heredem alienare prohibuit? heres heredis prohibitus quoque intelligitur. *l. pater* 38. §. *Julius.* 4. *ff. de leg.* 3. 23 Facit *l. ult.* §. *de verb. & rer. sig. l.* 88. §. 6. *ff. de leg.* 2. 24 Familiæ appellatione continentur fratres & sorores hinc colligitur: sed tamen verius est hic agi de familia testatoris, hoc sensu: Extra familiam alienare prohibitum non videri extra familiam testatoris alienare, si forori donaverit. vide Simonem de Præt. 3. *de interp.* 3. *dubit.* 1. *solut.*

30. Quid si nupta est soror? vide *l. ult. supr. de verb. sign.* Quid liberi alienare prohibiti extra familiam, an in infinitum alienare vetantur? hujusmodi prohibitio quarum gradum, seu quartam generationem, non egreditur, *Nov. de restitdecr.* 39. §. *pen.* in verb. *post quatuor demum generationis.* Socin. *reg.* 284. 25 Sorori quod donatur, non alienatur extra familias. 43 Pado vel consensu fidei commissum remitti potest. 44 Quod in dem rem

1 Vide *l.* 9. §. *ad l. Falcid.* 2 *Principe loco*, ita legitur in vetustis. Cujac. 18. *obs.* 9. ut in illo versu, *Lubrica pro nexum ipsus suspiceja principis.* 3 Institutio adeuntes, relicta a substituto non debentur, *l.* 20. *ff. si quis omissa.* 4 Σκοφὸς: pro, *ea quam*, de qua dixi ad *l.* 17. §. *de jure aut.* vel ἀνώτερος. soloecismi species, de qua ad *l.* 3. *supr. de his, quibus ut indignis.*

5 Id est, generaliter, his verbis, *si intra pubertatem decedat.* Gov. 1. *Lect.* 1.

6 Sit hæc hypothesis: *Sive quæsita, sive non quæsita hereditate, adoptivus meus intra pubertatem decesserit, hereditatem Titio & Cajo restitui volo.* Quid juris est? Quæsitam adoptivæ filiæ hereditatem retinent adoptivæ heredes: non quæsitam legitimi testatoris heredes, atque ita legitimi heredes rogari possunt. alias interpretationes vide apud Afranium 1. *disputat.* 9. Duar. 2. *disp.* 5. Govean. 1. *variar.* 1. Goth. *Fachin. lib.* 6. *controvers. cap.* 97. Guilhelm. Oncianum. *lib.* 2. *Academicar. quæstion. cap.* 29. & omnino Rainald. Cort. *indagat. jur. lib.* 3. *cap.* 19. *Ant.* 7 Adoptivis liberis substitui potest pupillariter. 8 Legatarius legatum propria auctoritate capere non debet, sed id ab herede petere, *ut hic glos. in verb. petendo. in c. Rainaldus* 18. *extr. de testam.* unde adversus occupantem competit interdictum quorum legatorum. † *quor. legat.* nisi eam potestatem fecit testator legatario, ut legatum propria auctoritate caperet. *text. & gl. in l. Titia cum test.* 34. §. 1. *ff. de leg.* 2.

9 Si adoptivæ quæsita fuit hereditas. 10 Si adoptivæ quæsita non fuit hereditas.

11 Non adita hereditate relicta non valent. vide *l.* 12. §. 5. *ff. de bon. lib. l.* 1. *ff. de injust.* nisi testator voluerit relicta solvi per heredes suos ab intestato. 12 Jure non adoptata, ut adoptata adire non potest. adde *l.* 1. *supr. de hered. inst.* 13 Si mulier filiis suis institutis, patrem liberum rogaverit, ut eos manumittat, hoc dicere videtur, debere patrem liberis emancipatis hereditatem restituere: ac propterea quandocunque fuerint emancipati, restituere tenetur. *Synop. Basil.* 45. *tit.* 6. *cap.* 125. 14 Fideicommissum induciter ratione agnationis confervandæ. vid. Simonem de Præt. 3. *de interpret. ult. volunt.* 3. *dubitat.* 1. *solut.* 11. 15 Vide quæ scripsi ad *l.* 44. *in fin. ff. de manumiss. testam.*

16 *Filium tuum heredem institui, si eum emanciparverit*, ut *l.* 70. *l.* 93. *ff. de cond. & demonstr.* cuinam debetur hereditas? An sibi o mo, qui heres institutus est: an tibi conditionem impleuti? filio. Ideoque rogatus de emancipando filio, rogatus quoque intelligitur de restituenda *l.* 3. §. *ult. ff. de SC. Trebell.* ut qui antecedens voluerit, consequens voluisse intelligatur. *Bald.* 17 Quæsito hujus constitutionis hæc est, An prælegata venient in fideicommissi restitutione, continetur quoque præceptionis compendium seu legatum: seu id quod onerans fideicommisso percepit a coheredibus: nisi contraria doceatur testatoris voluntas, idque ita statuitur propter verbum, *Quidquid, ut hic.* Hoc itaque casu, Prælegata venient in fideicommissum. Idem dicendum, si heres indefinite portionem suam (non hereditarium tamen) restituere jussus fit. *l.* 3. §. *ult. ff. de SC. Trebell.* dixi *non hereditarium*: nam hereditatis appellatione legatum non continetur. *l.* 96. *in fin. ff. de leg.* 3. 91. *ff. ad l. Falc.* Ergo prælata perpetuo ad fubstitutum deferuntur? Minime: deferuntur enim in fubstitutione fideicommissaria, *ut hic*, non tamen in vulgari. *l.* 32. *in fin. ff. de leg.* 3. in donatione inter vivos. *l.* 68. *ff. de leg.* 2. in jure adcrescendi. *l.* 18. *ff. de leg.* 1. *l.* 75. *in fin. ff. de leg.* 3. vel ita. His verbis, *Quidquid ex hereditate mea ad te pervenerit, restituito: vel ea quæ legatorum nomine a tuis coheredibus percepto, & si præmieris portionem coheredi restituito*: quia eo casu præceptionis legatum portioni hereditatis infinitæ inest. *l.* 3. §. 4. *ff. ad SC. Trebell.* Quid si ita? Ego pactum fio? Centum a coheredibus precipito: portionem hereditariam si præmieris, eidem restituito. aliud dicendum. *d.* §. 4. quemadmodum si hereditatem jussus fis restituere. *l.* 96. *ff. de legat.* 3. Quid si ita? *Titio hereditatem restituito, quarta parte retenta, & centum a Cajo cohercde tuo tibi legata sint*: Titius debetur, ante diem solvi potest. *l.* 137. §. 2. *in fin. ff. de verb. obl.* 1 Vide *l.* 9. §. *ad l. Falcid.* 2 *Principe loco*, ita legitur in vetustis. Cujac. 18. *obs.* 9. ut in illo versu, *Lubrica pro nexum ipsus suspiceja principis.* 3 Institutio adeuntes, relicta a substituto non debentur, *l.* 20. *ff. si quis omissa.* 4 Σκοφὸς: pro, *ea quam*, de qua dixi ad *l.* 17. §. *de jure aut.* vel ἀνώτερος. soloecismi species, de qua ad *l.* 3. *supr. de his, quibus ut indignis.*

5 Id est, generaliter, his verbis, *si intra pubertatem decedat.* Gov. 1. *Lect.* 1.

6 Sit hæc hypothesis: *Sive quæsita, sive non quæsita hereditate, adoptivus meus intra pubertatem decesserit, hereditatem Titio & Cajo restitui volo.* Quid juris est? Quæsitam adoptivæ filiæ hereditatem retinent adoptivæ heredes: non quæsitam legitimi testatoris heredes, atque ita legitimi heredes rogari possunt. alias interpretationes vide apud Afranium 1. *disputat.* 9. Duar. 2. *disp.* 5. Govean. 1. *variar.* 1. Goth. *Fachin. lib.* 6. *controvers. cap.* 97. Guilhelm. Oncianum. *lib.* 2. *Academicar. quæstion. cap.* 29. & omnino Rainald. Cort. *indagat. jur. lib.* 3. *cap.* 19. *Ant.* 7 Adoptivis liberis substitui potest pupillariter. 8 Legatarius legatum propria auctoritate capere non debet, sed id ab herede petere, *ut hic glos. in verb. petendo. in c. Rainaldus* 18. *extr. de testam.* unde adversus occupantem competit interdictum quorum legatorum. † *quor. legat.* nisi eam potestatem fecit testator legatario, ut legatum propria auctoritate caperet. *text. & gl. in l. Titia cum test.* 34. §. 1. *ff. de leg.* 2.

9 Si adoptivæ quæsita fuit hereditas. 10 Si adoptivæ quæsita non fuit hereditas.

11 Non adita hereditate relicta non valent. vide *l.* 12. §. 5. *ff. de bon. lib. l.* 1. *ff. de injust.* nisi testator voluerit relicta solvi per heredes suos ab intestato. 12 Jure non adoptata, ut adoptata adire non potest. adde *l.* 1. *supr. de hered. inst.* 13 Si mulier filiis suis institutis, patrem liberum rogaverit, ut eos manumittat, hoc dicere videtur, debere patrem liberis emancipatis hereditatem restituere: ac propterea quandocunque fuerint emancipati, restituere tenetur. *Synop. Basil.* 45. *tit.* 6. *cap.* 125. 14 Fideicommissum induciter ratione agnationis confervandæ. vid. Simonem de Præt. 3. *de interpret. ult. volunt.* 3. *dubitat.* 1. *solut.* 11. 15 Vide quæ scripsi ad *l.* 44. *in fin. ff. de manumiss. testam.*

16 *Filium tuum heredem institui, si eum emanciparverit*, ut *l.* 70. *l.* 93. *ff. de cond. & demonstr.* cuinam debetur hereditas? An sibi o mo, qui heres institutus est: an tibi conditionem impleuti? filio. Ideoque rogatus de emancipando filio, rogatus quoque intelligitur de restituenda *l.* 3. §. *ult. ff. de SC. Trebell.* ut qui antecedens voluerit, consequens voluisse intelligatur. *Bald.* 17 Quæsito hujus constitutionis hæc est, An prælegata venient in fideicommissi restitutione, continetur quoque præceptionis compendium seu legatum: seu id quod onerans fideicommisso percepit a coheredibus: nisi contraria doceatur testatoris voluntas, idque ita statuitur propter verbum, *Quidquid, ut hic.* Hoc itaque casu, Prælegata venient in fideicommissum. Idem dicendum, si heres indefinite portionem suam (non hereditarium tamen) restituere jussus fit. *l.* 3. §. *ult. ff. de SC. Trebell.* dixi *non hereditarium*: nam hereditatis appellatione legatum non continetur. *l.* 96. *in fin. ff. de leg.* 3. 91. *ff. ad l. Falc.* Ergo prælata perpetuo ad fubstitutum deferuntur? Minime: deferuntur enim in fubstitutione fideicommissaria, *ut hic*, non tamen in vulgari. *l.* 32. *in fin. ff. de leg.* 3. in donatione inter vivos. *l.* 68. *ff. de leg.* 2. in jure adcrescendi. *l.* 18. *ff. de leg.* 1. *l.* 75. *in fin. ff. de leg.* 3. vel ita. His verbis, *Quidquid ex hereditate mea ad te pervenerit, restituito: vel ea quæ legatorum nomine a tuis coheredibus percepto, & si præmieris portionem coheredi restituito*: quia eo casu præceptionis legatum portioni hereditatis infinitæ inest. *l.* 3. §. 4. *ff. ad SC. Trebell.* Quid si ita? Ego pactum fio? Centum a coheredibus precipito: portionem hereditariam si præmieris, eidem restituito. aliud dicendum. *d.* §. 4. quemadmodum si hereditatem jussus fis restituere. *l.* 96. *ff. de legat.* 3. Quid si ita? *Titio hereditatem restituito, quarta parte retenta, & centum a Cajo cohercde tuo tibi legata sint*: Titius eo casu prælegata consequetur. *l.* 86. *ff. ad l. Falc.* Interest igitur damnetur quis restituere indefinite portionem, aut quicquid ex hereditate ad eum pervenerit, vel hereditatem, aut portionem hereditariam. *l.* 91. *ff. ad l. Falc. l.* 96. *ff. de leg.* 3. 20 Imo non est: hereditatis enim appellatione non continetur legatum. *l.* 96. *in fin. ff. de leg.* 3. *l.* 91. *ff. ad l. Falc.*

21 *l.* 7. *supr. eod. l.* 23.] *de leg. l.* 7. *in fin. ff. de supellect.* 22 Hoc recte additum est. Nam plerumque fola verba fpectantur. *l.* 19. *in fin. ff. de usufr. leg.* nonnunquam etiam utrumque conficeratur. *l.* 67. *in fin. ff. de leg.* 2. *l.* 2. §. 4. *ff. de leg.* 3. 23 Legata feu relicta in testamento folemni posfunt retineri ope exceptionis adversus heredem, *ut hic.* An & relicta in testamento minus folenni? Covarruvias adversus communem interpretum opinionem aliud existimat. vid. Graffum 1. §. 5. *quæst.* 1. *num.* 13. 24 Liberat one legata, debitori competit actio & exceptio. 25 In agente scil. *l.* 7. *in fin. ff. de lib. leg.* §. 13. *Instit. de legat.* 26 *l.* 3. §. 3. *l.* 22. *ff. deliberat.* 27 *l.* 4. §. 10. *ff. de doli mali.*

28 Rationis reddendæ necessitas testamento remitti potest, *ut hic.* si tamen legatarius dolo quid administraverit, non prodesit ei liberatio. *l.* 5. §. 7. *ff. de administr. & peric. tut. & in fin. l.* 28. §. 9. *ff. de liberat.* 29 Immutitatum, Cujac. 18. *obs.* 1. 30 Vide *l.* 3. §. *de codicill. l.* 87. *ff. de cond. & demonstr.* 31 *Pars legis* 5. *supr. de reb. cred.*

32 Relictum a tutore intelligitur relictum a pupillo. *d. l.* 5. *l.* 69. § 2. *in fin. ff. de leg.* 2.

33 Aliud fi non ei cessisset. *l.* 67. *l.* 75. §. 1. §. 6. *ff. de leg.* 2. *l.* 4. *ff. de aliment. l.* 3.] *quando dies legat. l. ult.* 3. *si omissa sit causa testam. l. un.* §. 7. 3. *de codicill.* 34 Dies fideicommissi vivente fideicommissario fi cedit, fideicommissum transit ad ejus heredem, ut tunc in rerum natura non existentem. 35 *Stiam. to.* §. 23. *l.* 75. *ff. de leg.* 2. 36 *l. 1. supr. de cod. tollend.* 75. *ff. de leg.* 2. aliud in hereditate. *l.* 17. *ff. de jure codicill.* 37 Epistola adequa hic species est ultimæ voluntatis: parum differt, aut certe effectu non differt a codicillis: est enim nihil aliud codicillus, quam brevis epistola. At præterea, ut codicillis, fic epistola fideicommissum relinqui potest. *ut hic, l. epist.* 75. *ff. ad SC. Treb.* & fi de fide ejus conster, debentur ea, quæ in cafcripta sunt. *d. l. ult. ff. de leg.* 2. Hinc epistola fideicommissaria dicitur in *l. cum heredes* 7. *supr. quæstiam.* Unde & a quinque testibus subscriptam esse oporter: alioquin nullus est momenti. Accurtius in *l.* 1. §. *de codicill.* Nam in qualibet specie ultimæ voluntatis quinque testes sunt necessarii. *l. ult.* §. 3. *supr. de codicillis.* ubi dixi. Alibahi tamen epistola species ultimæ voluntatis constituitur differens a codicillis. *l. miles.* 75. *l. ult. ff. de leg.* 2. Nam epistola sine scriptura non perficitur: codicilli et iam sine scriptura perfici. *l. ult. in fin. supr. de codic. l. de fine.* 5.] *ad SC. Treb.* Accurf. *in l. ait prator* 5. *in fin. ff. de re judic.* Cæterum litteræ quibus animi affectus exprimitur, vim codicillorum non obtinent. *l. littera.* 17. *ff. de jure codicill.* adde Mantic. 1. *de conjectur.* 11. 38 *l.* 32.] *eod. l.* 5.] *de SC. Treb. l.* 5. §. 1. *ff. de jure jud.*

39 Vid. *l.* 21. *ff. de leg.* 3. Ulp. 25. 3. Nutu tamen possumus jubere heredem adiri. *l.* 93. §. 1. *ff. de adq. vel omit. hered. l.* 65. §. 3. *vers. nam si. ff. ad SC. Treb.* & fi heres nutu institui non possit. *l.* 29. §. *de testam.* Quæ nutu constituntur aliis retinentur. *l.* 52. *in fin. ff. de oblig. & action.* 40 Ex minus folenni voluntate non debentur fideicommissa: nisi per heredem scienter præstita fuerint, vel transactionis causa stipulanti promissa.

41 Vide *l.* 29.] *eod.* 42 Amplexus voluntatem defuncti videtur qui legata tradit, qui transactionis causa promiliit. *l.* 2. §. *eod.* 43 Fideicommissum in stipulationem deduci potest. *l.* 62. *ff. de cond. indeb.* 44 Instrumenta emptionis prædii per fideicommissum relicti apud heredem testatoris remanent, præsertim cautione de illis exhibendis, quotiies necessitas fuerit. 45 Nota genus cautionis de quo dictum.] *eod.*

46 Id est, exhibeant. *l.* 5. *ff. familiæ. l.* 48. *in fin. l.* 52. *in fin. pr. ff. de act. empt.* Apud quem instrumenta emptionis esse debeant. vide *l.* 7. *supr. de edend. l.* 4. § 3 *ff. familiæ. l. ult. ff. de fide instrum. l.* 15. *ff. de reb. auct. jud.* 47 Res hereedum per fideicommissum relinquere possumus petinde ac proprias. §. 4. *Inst. de leg.* §. 1. *Inst. de fing. reb. perfidiæ. l.* 67. §. 8 *ff. de leg.* 2.

De repudiatione.

26. Iidem AA. & CC. Fortunato, alias Cajano.

EX repudiatione [1] fideicommissi, doli [2] mali exceptio justa causa intercedente tunc opponitur, quando ipse, cui fideicommissum relictum est, repudiatione usus fuerit. Unde cum [3] hoc non te, sed [4] patrem feciſse adleveres, qui tibi nocere non potuit, nihil tibi obesse poteſt. Dat. 2. Id. April. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De pœnitentia.

27. Iidem. AA. & CC. Olympiadi.

FIideicommissum ejus, qui reliquerat, pœnitentia [5] probata, successores nunquam præstare compelluntur. Dat. 5. Kalend. Octob. *Viminacii*, CC. CONSS. 293.

De fideicommisso servis propriis relicto.

28. Iidem AA. & CC. Tiberio.

EX fideicommisso sub conditione sine [6] libertate servis propriis inutiliter dato libertas peti non poteſt. Dat. 15. Kalend. Novemb. *Trans mare*, CC. CONSS. 293.

De testamento, quod jure non valet,

29. Iidem AA. & CC. Achilleo.

EX testamento, quod jure [7] non valet, nec fideicommissum quidem, si non ab intestato [8] quoque succedentes rogati probentur, peti poteſt. Dat. 8. Kal. Decemb. CC. CONSS. 293.

De tacita conditione, si sine liberis decesserit.

30. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni PP.

CUm acutissimi ingenii vir, & merito ante alios excellens Papinianus in suis statuerit responsis [9], *si quis filium [10] suum heredem instituit, & restitutionis post mortem oneri subegit, non aliter hoc videri disposuisse, nisi [11] cum filius ejus sine sobole vitam suam reliquerit*: nos hujus sensum merito mirati, plenissimum ei donamus eventum: ut [12] si quis hæc disposuerit, non tantum filium heredem instituens, sed etiam filiam, vel ab initio nepotem, vel neptem, pronepotem, vel proneptem, vel aliam deinceps posteritatem, & eam restitutionis post obitum gravamini subjugaverit: non aliter hoc sensisse videatur, nisi ii, qui restitutione onerati sunt, sine filiis, vel filiabus, nepotibus, vel neptibus, pronepotibus, vel proneptibus fuerint defuncti: ne [13] videatur testator alienas successiones propriis anteponere. Recitata septimo [14] in novo consistorio palatii Justiniani. Dat. 3. Kal. Novemb. DECIO V. C. CONSS. 529.

De relicto a filio præterito.

31. Idem A. Joanni PP.

QUidam filium suum a sacris [15] paternis remisit, & postea testamento condito eum præteriit [16], nullo ei penitus relicto, aliis heredibus derelictis: ipsum autem, quem neque heredem, neque exheredatum fecit, fideicommisso prægravavit: *Quæreebatur*, si utile esset hujusmodi fideicommissum? Tota igitur antiqua dubietate super hoc explosa, nobis in hoc casu placuit [17], ut mancipatus (utpote injuria [18] a patre adfectus [19]) non compellatur fideicommissum a sua persona relictum præstare. † Quod etiam in aliis personis, quas exheredari necesse est, locum habere censemus. Dat. Prid. Kalend. Mart. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

De herede jurare, vel solvere cogendo.

32. Idem A. Joanni PP.

QUæstionem ex facto emergentem resecantes, & voluntati mortuorum prospicientes, sancimus, si sine [20] scriptura, & præsentia testium fideicommisso derelicto fideicommissarius elegerit heredis juramentum [21], vel forsitan legatarii, vel fideicommissarii, quotiens ab eo relictum est fideicommissum, sive universitatis, sive speciale: necesse [22] habere heredem vel legatarium, seu fideicommissarium, prius jurejurando de calumnia [23] præstito, vel sacramentum subire, & omni inquietudine sese relaxare: vel si recusandum existimaverit sacramentum, aut certam [partem, vel] quantitatem manifestare fideicommissario derelictam noluerit, si forsitan majorem fideicommissarius expetat: omnimodo exactioni fideicommissi subjacere, & eum ad satisfactionem compelli: cum ipse [24] sibi judex, & testis inveniatur, cujus religio, & fides a fideicommissario electa est, nullis testibus, nullisque aliis adventitiis probationibus requisitis. Sed sive quinque sint testes, sive minores, vel nemo: causam per illius sacramentum, vel dandum, vel recusandum suam habere tam firmitatem, quam exactionem, sive pater sit, qui fideicommissum dederit, sive extraneus: ut æquitatis ratio communiter in omnes procedat. Cum enim res per testium [25] solennitatem ostenditur: tunc & numerus [26] testium, & nimia subtilitas requirenda est. Lex etenim, ne quid falsitatis [27] incurrat per duos [28] forte testes compositum testamentum [29], majorem numerum testium expostulat: ut per ampliores homines perfectissima veritas reveletur. Cum autem is, qui aliquid ex voluntate defuncti lucratur, (& maxime ipse heres [30]: cui summa auctoritas totius causæ commissa est) dicere compellitur veritatem per sacramenti religionem: qualis locus testibus relinquatur, vel quemadmodum ad extraneam fidem decurratur, propria, & indubitata [fide] relicta? cum & in leges respeximus, quæ justis dispositionibus testatorum omnimodo heredes obedire [31] compellunt: & sic strictius causam exigunt, ut etiam amittere [32] lucrum hereditatis sanciant, eos, qui testatoribus suis minime paruerint.

Si heres relictum solvere noluerit.

IN AUTHENT. de heredib. & falcid. §. si quis autem non implens. col. 1. tit. 1. Novell. 1.

HOc amplius qui defuncti judicium lege non repræsentatum monitus a judice intra annum non implet, excludit eo, quod præter debitum naturale perceperit ex eodem judicio. † Hoc autem cum onere suo, danda super hoc cautione, defertur primo substitutis, mox ordine servato coheredibus adeuntibus vel generali fideicommissario, vel legatario soli, vel ex pluribus in parte potiori, vel speciali fideicommissario, vel legatario majoris emolumenti, vel omnibus, vel volentibus, vel libertate in testamento donatis, prout quisque eorum prior nominatus est: exheredatis ne hic quidem respectis: Postremo defertur extraneo, vel fisco.

TIT. XLIII.

COMMUNIA DE LEGATIS, ET FIDEICOMMISSIS, ET DE IN REM MISSIONE TOLLENDA.

Quæ actiones legatariis, vel fideicommissariis competant, & de legatorum differentiis sublatis.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Demost. PP.

CUm hi, qui legatis, vel fideicommissis honorati sunt, personalem actionem plerumque habere noscantur: quis vel vindicationis [33], vel sinendi [34] modo, aliorumque [35] generum legatorum subtilitatem prono animo admittat, quam posteritas optimis rationibus usa nec facile suscepit, nec inextricabiles circuitus laudavit? quis in rem [36] missionis scrupulosis utatur ambagibus? Rectius igitur esse censemus, in rem quidem missionem penitus aboleri: omnibus vero tam legatariis quam fideicommissariis unam [37] naturam imponere, & non [38] solum personalem actionem præstare, sed & in rem, quatenus eis liceat easdem res sive per quodcunque genus legati, sive per fideicommissum fuerint derelictæ, vindicare in rem actione intituenda, & insuper utilem Servianam, id est hypothecariam super his quæ fuerint derelicta, in res mortui præstare. Cum enim jam hoc jure nostro increbuit, licere [39] testatori hypothecam rerum [suarum] in testamento quibus voluerit dare, & iterum novellæ [40] constitutiones in multis casibus, & tacitas [41] hypothecas introduxerunt: non ab re est etiam nos in præsenti [42] casu fideicommissariam donare [actionem,] quæ [etiam] nullo verbo præcedente possit ab ipsa lege induci. Si enim testator ideo legata, vel fideicommissa reliquit, ut omnimodo personæ ab eo honoratæ ea percipiant, apparet ex ejus voluntate etiam præfatas actiones contra res testatoris esse restituendas: ut omnibus modis voluntati ejus satisfiat, & præcipue cum talia sint legata vel fideicommissa, quæ piis [43] actibus sunt deputata. Et hæc disposuimus, non tantum si ab herede fuerit legatum derelictum vel fideicommissum, sed & si [44] legatario vel fideicommissario vel alia [45] persona quam gravare fideicommisso possumus, fideicommissum cuidam relinquatur. Cum enim non aliter valeat, nisi [1] aliquid lucri adferat ei a quo derelictum est, nihil est grave, etiam adversus eum non tantum personalem, sed etiam in rem & hypothecariam extendere actionem in rebus quas a testatore consecutus est. † In omnibus autem hujusmodi casibus in tantum, & hypothecaria unumquemque conveniri volumus; in quantum personalis actio adversus eum competit: & hypothecam esse non [2] ipsius heredis, vel alterius personæ quæ gravata est fideicommisso, rerum, sed tantummodo earum quæ a testatore ad eum pervenerint. Dat. 15. Kal. Octob. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONSS. 529.

Exæquatio legatorum & fideicommissorum.

2. Idem A. Juliano PP.

OMne [3] verbum significans testatoris legitimum sensum, legare vel fideicommittere volentis, utile atque validum est, sive directis [4] verbis, quale est *Jubeo* [5] forte: sive [6] precariis utatur testator, quale [7] est *rogo, volo, mando, fideicommitto*: sive juramentum interposuerit: cum & hoc nobis audientibus ventilatum est, testatore quidem dicente ἐφεξῆς [8], partibus autem hujusmodi verbum huc atque illuc lacerantibus. Sit igitur (secundum quod diximus) ex omni parte verborum non inefficax voluntas secundum verba legantis, vel fideicommittentis, & omnia [9] quæ naturaliter insunt legatis, & fideicommissis inhærere intelligantur: & contra quidquid fideicommittitur, hoc intelligatur esse legatum, & si quid tale est, quod non habet naturam legatorum, hoc ei ex fideicommissis accommodetur: & sit omnibus perfectus eventus, & ex omnibus nascantur in rem actiones, & ex omnibus hypothecariæ, ex omnibus personales. Ubi autem aliquid contrarium in legatis & fideicommissis eveniet, hoc fideicommisso quasi humaniori aggregetur, & secundum ejus dirimatur naturam. Et nemo moriens putet legitimam voluntatem reprobari, sed nostro semper utetur adjutorio: & quemadmodum viventibus providimus, ita & morientibus prospiciatur, & si specialiter legati tantum faciat testator mentionem, hoc & legatum & fideicommissum intelligatur, & si fidei heredis, vel legatarii [10] aliquid committatur, hoc & legatum esse videatur. Nos enim *non verbis, sed ipsis rebus leges imponimus* Dat. 10. Kal. Mart. *Constant.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De optione legata. 2. De non alienandis rebus restitutioni subjectis.

3. Idem A. Joanni PP.

SI duobus vel tribus hominibus, vel pluribus forte optio servi vel alterius rei fuerit relicta, vel [si] uni quidem legatario optio servi, vel alterius rei relicta est, ipse autem moriens plures sibi reliquerit heredes: *dubitabatur* inter veteres, si inter legatarios, vel heredes legatarii fuerit certatum, & alter alterum servum, vel alteram rem eligere velit, quid sit statuendum? † Sancimus itaque in omnibus hujusmodi casibus rei judicem fortunam esse, & sortem [11] inter altercantes adhibendam: ut [12] quem sors prætulerit, is quidem habeat potestatem eligendi, cæteris autem æstimationem præstet contingentium eis partium, id est, servis quidem & ancillis majoribus decem annis, si sine arte [13] sint, viginti [14] solidis æstimandis: minoribus vero decem annis, non amplius quam in decem solidos compurandis: sin autem artifices sint, usque ad triginta solidos æstimatione eorum procedente, sive masculi, sive fœminæ sint: exceptis notariis, & medicis utriusque sexus: cum notarios quinquaginta solidis æstimari velimus, medicos [15] autem & obstetrices [16] sexaginta. Eunuchis [17] minoribus quidem decem annis usque ad triginta solidos valentibus, majoribus vero usque ad quinquaginta: sin autem artifices sint, usque ad septuaginta. §. 1. Sed & si quis optionem servi vel alterius rei reliquerit non ipsi legatario, sed [18] quem Titius forte elegerit, Titius autem vel noluerit eligere, [vel non potuerit,] vel morte fuerit præventus, & in hac specie *dubitabatur* apud veteres quid statuendum sit: utrumne legatum exspiret, an aliquod ei inducatur adjutorium, ut viri boni arbitratu procedat electio? Censemus itaque, si intra annale tempus ille qui eligere jussus est, hoc facere supersederit, vel minime potuerit, vel quandocunque decesserit: ipsi legatario videri esse delatam electionem: ita tamen, ut [19] non optimum ex servis, vel aliis rebus quidquam eligat, sed mediæ æstimationis, ne dum legatarium satis esse fovendum existimamus, heredis commoda defraudentur. §. 2. Sed quia nostra majestas per multos casus legatariis, & fideicommissariis prospexit, actionesque tam [20] personales, quam in rem & hypothecarias dedimus, & in [21] rem missionis tenebrosissimus error abolitus est: & ad hanc legem pervenimus. Nemo [22] itaque [heres] ea quæ per legatum vel pure vel sub certo die relicta sunt, vel quæ restitui aliis disposita sunt, vel substitutioni supposita, secundum veterem dispositionem putet in posterum alienanda [23], vel pignoris, vel hypothecæ titulo adsignanda, vel mancipia manumittenda: sed sciat [hoc] quod alienum [24] est, non ei licere, utpote sui matrimonii existens, alieno juri applicare: quia satis absurdum est, & irrationabile, rem quam in suis bonis pure non possidet, eam ad alios posse transferre, vel hypothecæ, pignoris vo nomine obligare vel manumittere, & alienam spem decipere. §. 3. Sin autem sub [25] conditione, vel sub incerta die fuerit relictum legatum vel fideicommissum universitatis, vel speciale, vel substitutione, vel restitutione: melius quidem faciet, si & in his casibus caveat ab omni venditione, vel hypotheca, ne se gravioribus oneribus evictionis nomine supponat. † Sin autem avaritiæ cupidine propter spem conditionis minime implendæ, ad venditionem, vel hypothecam prosiluerit: sciat quod conditione impleta ab initio causa in irritum devocetur: & sic intelligenda est quasi nec scripta, nec penitus fuerit celebrata: ut nec usucapio, nec longi temporis præscriptio contra legatarium, vel fideicommissarium procedat. † Quod similiter [obtinere] censemus in hujusmodi legatis sive pure, sive sub die certo, sive sub conditione, sive sub incerta die relicta sint. Sed in his omnibus casibus legatario quidem, vel fideicommissario omnis licentia pateat rem vindicare, & sibi adsignare, nullo obstaculo ei a detentoribus opponendo.

IN AUTHENT. de restit. & ea, quæ part. §. quamobrem præsentem. col. 4. tit. 18. al. 6. Novell. 39. cap. 1.

REs, *quæ subjacent restitutioni, prohibentur alienari quidem, vel obligari. Sed si [26] liberis portio legitima non sufficit ad dotis [27], sive donationis [28] propter nuptias obligationem: permittitur res prædictas in eam causam alienare, vel obligare pro modo honestati personarum congruo. Ea enim, quæ communiter omnibus prosunt, his quæ specialiter quibusdam utilia sunt, præponimus.*

§. 4. Emptor autem sciens [29] rei gravamen, adversus venditorem actionem habeat tantum ad [30] restitutionem pretii, neque duplæ stipulatione: neque melioratione [31] locum habente: cum sufficiat [32] ei saltem pro pretio, quod sciens dedit pro aliena re, sibi satisfieri. Creditori nihilominus pignoratitia contraria actione adversus debitorem competente: ut ex omni parte omnique studio id, quod semper properamus ad effectum perducatur, & ultima [33] elogia defunctorum legitimum finem sortiantur, bonæ [34] fidei proculdubio emptoribus integra jura, & nullo modo ex hac constitutione deminuta contra venditores habentibus. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XLIV.

DE FALSA [35] CAUSA [36] ADJECTA LEGATO, VEL FIDEICOMMISSO.

1. Imp. ANTONINUS A. Septimo.

VErba testamenti, quæ inserui sti, aut solutam [37] pecuniam debitam testatoris mortis causa, dixi ad *l. 1. §.* adde *l. unic. §. 7. ff. de caducis.*

1 Vid. *l.* 38. *in fin. ff. de leg.* 1. 2 Dolo facit qui legatum petit quod jam repudiavit. facit *l.* 36. *ff. ad l. Aquil.* 3 Silegatum filio familiæ factum fuerit, & pater id repudiaverit, id ipse filius petere poteſt. *l.* 44. *Synop.* 2. *c.* 8. §. 3. 4 Repudiatio patris filio non nocet. vid. *l.* 11. §. *de jur. delib.* vid. Hot. 8. *conf.* 5 Pœnitentia fideicommissum revocari potest. vid. *l.* 3. *in fin. ff. de adim.* 6 Servis propriis circa libertatis donationem frustra fideicommittimus. vid. *l.* 4. §. *de leg.* 1. 88. §. 13. *ff. de leg.* 2. 7 *l.* 23. §. *eodem. l.* 8. §. 1. §. *de codicill. l.* 1. *in fin. ff. de hered. pet. l.* 4. *l.* 29. *ff. qui testam. l.* 11. §. 1. *ff. de legat.* 3. 8 Legata in testamento inutili non debentur, nisi repetita ab intestato fuerint. Salyc. *l.* 13. *ff. de inoffic.* ab intestato dare dicimus, si testamento clausula codicillaris fit adjecta. vid. *l.* 11. §. *de testam. manumiss. l.* 41. §. 3. *ff. de vulgari.* vide de hanc locum Paponem 20. *Arrest.* 1. *num.* 5. 9 Id est, libro 9. responsorum; ut constat ex *l.* 102. *ff. de cond. & demonstr.* 10 Fideicommissi restitutioni post mortem suam filius obnoxius, intelligitur fideicommissum sub hac conditione restituere gravatus, si sine liberis decesserit, *ut hic.* ut hinc constet, huic sententiæ locum non esse: quoties extraneus fideicommissi restitutione oneratur. *Gloss. in l. ex facto.* 17. §. *si quis rogatus* 4. *ff. ad Sc. Treb.* vid. Socin. *reg.* 167. 11 Liberi gravati hereditatem post mortem suam restituere, intelligunturque gravati si decesserint sine liberis. *d. l.* 102. *c.* 6. §. *de Inst.* vid. Papon 20. *Arrest.* 1. *num.* 1. 12 Nota regulam. 13 Filius quoties de restituenda hereditate gravatur, fubin intelligitur claufula, *si decesserit sine liberis*, ut eo casu testator plus dixisse, quam scripsisse præsumatur, ne videatur aliquin alienos & extraneos successores suis præposuisse. vid. Alciat. 1. *præsumpt.* 9. Quid si filius restituere piæ causæ sit rogatus, & liberos ipse reliquerit? Quidam putant cum cogi restituere, quod iniquissimum puto. Impius enim videtur pater qui suorum curam non habet, ut Apostolus testatur. Huc etiam autem dictum Augustini pertinet, quod in jus Canonicum relatum est 17. *quæst.* 4. *c. ult.* vide pluta apud Tiraquell. *privilegio* 17. *piæ causa.* 14 Vid. quæ dixi ad *l.* 30. §. *de jur. del.* 15 Vid. *l. ult. in fin.* §. *ad SC. Tertull.* 16 Legata & fideicommissa relicta a filio præterito non debentur. *l.* 22. *ff. de leg.* 3. dic idem a patrono præterito. *l.* 31. §. 3. *ff. de fideicomm. libert.* 17 Hæc est 35. decisio ex 50. novis Justinian. vid. Inglois. Ans. 18 Præteritio patris ignominia. Sic præterii a censore Senatores ignominiosi. 19 Vide Festum *in præteriti in fin.* 20 Poteſt enim fine scriptura relinqui. *l.* 22. §. *eod.* Goth. Declarationem hujus legis vid. apud Inglois *decis.* 9. *quæst.* 1. *num.* 4. Vand. *lib.* 2. *var. quæst.* 14. Guid. Pap. *decis.* 331. facit §. *ult. Inst. de fideicommiss. hereditat.* & quomodo in praxi intelligenda vid. Joann. a Sande *Decis. Frisicat. lib.* 4. *tit.* 5. *defin.* 18. Ans. 21 Jurans heres relictum a defuncto aliquid esse, tenetur ex minus etiam solemni voluntate relictam præstare. vid. Manticam 1. *de conjecti.* 9. 22 Negans fideicommissum cogitur jurare vel solvere. §. 12. *Inst. de fideicomm.* 23 Juramentum deferens jurare prius de calumnia cogitur. vid. *l.* 1. §. *de jurejur. propter calumn. l.* 9. §. *de reb. cred. l.* 34. §. 4. *l.* 37. *ff. de jurejur. l.* 11. §. 1. §. 2. *ff. rer. amot.* 24 Quoties de judicandi munere agitur, nemo simul testis & judex esse debet. Hæc tamen duo ejus personam, cujus jurejurando res ab adversario committitur, coire posse videntur. adde Cujac. 12. *obs.* 19. verbi gratia in causa propria poteſt quis esse testis & judex consensu adversarii. Bald. *hic.* 25 Testes ad solennitatem testamenti pertinent, *ut hic.* Quid numerus testium? ad solennitatem extrinsecam pertinere possis dicere. numerus enim testium forma est testamenti accidentalis, non substantialis, hæc nulla lege, vel consuetudine mutari poteſt. *l. ult.* §. *de test. milit.* Illa, nimirum accidentalis. *l.* 21. §. 3. *ff. de vulgari.* numerus poteſt augeri, vel minui. *l. ult.* §. *de inst. l. divus* 24. *ff. l. militis.* 15. §. *de test. milit.* 26 In his quæ testibus necessario probari oportet, certus numerus & solennitas exigitur. adde *l. ubi* 12. *ff. de testis.* 27 Testium solennitas indueta est, ne quid in testamentis falsi inducereturin. unde colligunt, testamentum non solenne injustum esse, & falso admittendo obnoxium, & ne quidem in foro conscientiæ observandum esse. Quid si falsitatis suspicio esset & confessium sit seu indubitatum testamentum ita factum, licet non solenniter? vid. apud Mantic. 2. *de conjecturis* 14. 28 Testamentum duobus tantum testibus præfentibus compositum quasi falsum. 29 Hanc vocem interpungit editio Haloandri, probatur tamen interpunctio a Cujac. 18. *obs.* 9. ut hic sit sensus, Ne quid falsi testes fabricent & committant, quod facilius ex composito factari sunt duo testes quam plures, idco plures testes desiderari in fideicommissis: puta quinque, ut plures rem communicent, uti loquitur *res* 32. *ff. de furtis.* ut efficiant voluntatem. *l.* 22. §. *de testament.* 30 Heredi summa auctoritas totius causæ commissa. 31 *Novell.* 1. *cap.* 1. *Novell.* 48. *c.* 1. 32 Tanquam indignos. Paul. 3. *sent.* 5. §. 10. adde quæ dixi ad *l.* 4. *C. de his, quæ ut indig.* Hodie quidem amittit non tamen quasi indignus. *Nov.* 1. 33 Ulp. 24. §. 3. §. 7. 34 Ulp. 24. §. 5. Goth. In hanc legem vid. Anton. Merend. *lib.* 3. *controvers. cap.* 48. 49. *Ans.*

35 Puta ex damnatione, per præceptionem. Ulp. 24. §. 2. §. 4. §. 6. §. 8. §. 11.

36 In rem missionis solennitas tubiata. *l. ult.* §. 2. *T. eod.* 37 Legata fideicommissis exæquantur. *l.* 1. *ff. de leg.* 1. 38 Legatario tres competunt actiones, ex testamento, rei vindicatio, hypothecaria. *l.* 2. *T. eod.* §. 2. *Inst. de leg. l. ult.* §. 2. *T. eod.* 39 Testator res suas poteſt hypothecæ subjicere. 40 *l.* 1. §. 1. *supr. de res uxor. act.* 41 *tit. T. in quib. cond. pig. tacite.* 42 Tacita hypotheca in bonis testatoris legatariis competit. 43 Legata piis actibus deputata, favorabilia. 44 Ab herede, legatario, fideicommissario fideicommittere possumus. vid. *l.* 9. *supr. de fideic.* 45 Puta donata-

commisso

1 Inutile legatum est quod legatario non prodeſt. vid. *d. l.* 9. 2 *l.* 4. *ff. de separation.* 3 *l.* 21. *supr. de legat.* adde *l.* 11. *in pr. ff. de leg.* 3. 4 De directis & precariis dixi ad *l.* 2. *supr. de codicill.* adde Cujac. 11. *obs.* 25. 5 *Jubeo* est verbum directum: non omnino tamen *T. eod. ibi, forte:* quasi diceret, de hoc verbo dubitari poſſe. *l.* 28. §. *pen. ff. de lib. leg.* vide Cujac. 11. *obs.* 25. 6 Jurans aut jurare jussus a testatore heres fe præstiturum legata ex testamento minus solenni, obligatur: ut hinc colligas, clausulæ codicillaris vim habere ejusmodi juramentum: non deberi quasi ex testamento, sed quasi ex codicillis. Vid. Mantic. 1. *de conjecti.* 9. Porro quibus casibus subintelligatur clausula superior, dictum est in *l. ult. supr. de codicillis.* 7 Verba precaria. §. *ult. Inst. de singul. reb. per fideicomm.* Ulp. 25. §. 2. Paul. 4. *sent.* 1. §. 6. 8 Lege, ὁμοῦ, unica dictione, quod interpretari poſſimus, *adjure*, vel *jurejurando convenio*, eadem forma qua ὁμόσαι, id est, *liquido juro*, & ita quoque Glossæ Græcorum exponunt. Est enim frequens testatori cum jurejurandi religione heredes onerare legati, vel fideicommissi præstatione. *l.* 77. §. 23. *ff. de leg.* 2. *ut in l.* 3. *ff. de jure fisci. per Deum rogo te.* T. & §. 1. *Inst. de fideic. lib.* Tertull. *de præscrip. Ego sum heres Apostolorum: sicut caverunt testamenta suo, sicut fideicommiserunt, sicut adjuraverunt. Per sa autem Principis:* ut male Alciat. 4. *disputil.* 12. exemplum ponat hoc modo, Juro me datuum centum: Nam hoc fer ptara neque legati, neque fideicommissi petitio est. Et hoc quoque perperam Accursius. Si heres jaraverit fedatarum. Nam hæc conditio jure remittitur, vid. Cujac. 16. *observ.* 25. Neque ea adjuratio, per deos, in testamentis tantum, sed & aliis negotiis inter vivos veteribus fieri solita. Cicero 13. & 14. *ad Brutum saluteni per deos: propera per deos.* & 16. *ad Atticum* 6. *per deos expedi.* Autor ad Herennium 4. *per deos ampiexare.* Terentius *Andria act.* 5. *scena* 1. *per ego te Deos oro.* 9 *l.* 1. *ff. de leg.* 1. §. 3. *Inst. de leg.* 10 Olim a legatario legari non potuit, a fideicommissario potuit. Gajus 2. *inst.* 7. §. 4. Ulp. 24. §. 20. 11 Non verbis, sed rebus leges imponuntur. *l.* 3. *supr. de lib. prat. l.* 1. *T. de latina libertate. l.* 3. §. 9. *ff. de adim. & transf. l.* 9. *T. quæ res pignor.* Cic. 2. *de inventione.* 12 Sorte quædam privata finiuntur. Cic. 1. *offic. in princ.* Quoties plures, quibus optio est relicta, dissentiunt in eligendo, sorte res diuimitur, *ut hic* & §. 23. *Inst. de leg.* ut & alias casibus: puta, si de deponendis apud aliquem instrumentis *l.* 5. *ff. familiæ.* de divisione bonorum inter coheredes facienda agitetur. *l.* 1. *T. quando & quibus quarta pars lib.* 10. *int.* 34. fi dubitatur quinam priores casuam dicere debeant. *l.* 14. *ff. de jud.* fi de servis manumittendis. *l.* 24. §. 17. *ff. de fideic. libert.* aut de liberis dividendis quibus fit. *Novell.* 162. *c.* 3. *in fin.* Olim quoque fortitione dabantur judices. Contra, episcopus fortibus eligi prohibetur. *l.* 47. *supr. de episcopis et clericis.* His adde Mynsing. 4. *cent.* 37. ubi quærit, quemadmodum divisionem inter fratres fieri opporteat. An forte. An potius servi majores decem annis, viginti solidis æstimantur: minores decem annis, decem solidis: Notarii, quinquaginta. Medici & obstetrices, sexaginta: reliqui artifices triginta: Eunuchi minores decem annis, triginta; majores annis decem sine arificio, quinquaginta, cum artificio, septuaginta. 14 De pretio communi servorum dicam ad *l.* 1. §. 3. *T. de comm. serv. manu.* 15 Medicorum ad commodationem hic locus pertinet, quod plurimum æstimentur: Nam quod minus hic æstimentur quam Eunuchi, vitium temporis fuit, non artis. adde Forn. 1. *select.* 8. Possis & hinc obiter etiam colligere: Servos medicinam exercuisse, de quo dixi ad *l.* 1. §. 5. *T. de com. ser. manum.* qui tamen testes. *l.* 20. §. 7. *ff. quæstiam. l.* 11. *supr. de e fib.* & tabularii, *l.* 3. *T. de tabular.* patroni causarum, *arg. l.* 1. *supr. de postulando:* & judices esse non poterant. *l.* 3. *ff. de offic. prat. l.* 12. §. 2. *ff. de judiciis.* Puto ulu medicinæ perneceſſario id datum fuisse, cum & alias mulieres mediæ esse possint. *l.* 1. §. 5. *vers. Sin autem* T. *de comm. servo.* An servi episcopi, clerici & monachi esse potuerint, vid. *Novell. Leon.* 9. 10. 11. De servis plura dixi ad *l.* 3. *in fin. ff. de cap. minut. l.* 32. *l.* 209. *ff. de reg. jur.* 16 De obstetricibus, medicis adde *l. pen. supr. de postlimin. hered. l.* 9. *ff. ad l. Aquil.* 17 Eunuchorum pretia. adde *tit. supr. de Eunuchis.* 18 Optio rei legatæ quoties committitur tertio: illo non eligente intra annum, vel morte prævento, electio transfertur in legatarium. ut *l.* 28. *ff. de cond. & demonstr.* 19 Legatarius non rem optimam, sed modicæ æstimationis eligere debet. *l.* 37. *ff. de leg.* 1. 20 *l.* 1. *l.* 2. *supr. eod.* 21 *d. l.* 1. *Novell.* 39. *in pr.* Paul. 4. *sent.* 1. §. 15. In rem missio fiebat fideicommissorum nomine heredem non existente folvendo adversus extraneos rerum hereditariarum possessores. 22 Rei restitutioni subjectæ pure, vel certa die alienatio, pignoratio & manumissio non tenet ipso jure, *ut hic*: nisi certis casibus jure novo. *Auth. proxima.* T. *eod. Nov.* 39. *c.* 1. 23 Adde *l.* 15. *ff. de reb. dub. l.* 70. *ff. ad SC. Trebell.* 24 Vide *supr. de rebus alienis.* 25 Res sub conditione, vel sub die incerta restitutioni obnoxiæ, possunt interim alienari, vel obligari; sed tamen adveniente casu restitutionis, fingitur retro nulla alienatio, vel obligatio. *d. l.* 15. *l.* 17. *ff. quib. mod. ususfr.* 26 Restitutioni res obnoxiæ possunt hodie certis casibus perpetuo alienari. vid. *in hanc authen.* Roland. a Vall. 1. *cons.* 85. *num.* 5. & *seq.* & 4. *cons.* 27. 27 Dotes eu in dotem dari possunt etiam quæ alienari prohibita, *ut hic*: quoties tantum locum in dote de novo constituta habet, fed & in dote quam filius accepit vivo patre restituendam: five filia pro five pro liberis (quos certis casibus dotare cogitur) dotem dare velit: five inter vivos pater five testamento dotem velit filiæ constituere, five filia eloeata fit nulla, vel exigua dote: si mulier maritum se dignum reperiat, nisi omnia bona restitutioni obnoxia in dotem daret; sive tale fideicommissum universale five particulare & purum, five alienatio expresse prohibita a testatore, vel statuto per juramentum firmato, five privato five Ecclesiæ restitutio hujusmodi bonorum facienda sit: five mulier de cujus dote agitur tacenda sit, sive sterilis, Quan beneficium id transire ad filii & filiæ heredes putant. ut & ad eum cui mulier cessit jura dotalia: fed & in dote in qua mulier habet fidejussorem obligatum: & in re emphyteutica restitutioni obnoxia, nimirum ut dotis & similium causa alienari possit etiam sine consensu domini. Perpetuam quoque hujus beneficii causam esse existimant, ut res doris, vel similis causæ nomine detracta ex fideicommisso, nunquam ad fideicommissarium revertatur. Accurf. Bart. Bald. Castrensis, Jason *hic.* Aliud censent, si alia bona extent, ex quibus dos aut donatio propter nuptias dari poſſit, etiam si duplum promittatur. Alciat. 1. *præsumpt.* 9. Quia beneficium id transire ad filii & filiæ heredes putant. ut & ad eum cui mulier cessit jura dotalia: fed & in dote in qua mulier habet fidejussorem obligatum: & in re emphyteutica restitutioni obnoxia, nimirum ut dotis & similium causa alienari possit etiam sine consensu domini. Perpetuam quoque hujus beneficii causam esse existimant, ut res doris, vel similis causæ nomine detracta ex fideicommisso, nunquam ad fideicommissarium revertatur. Accurf. Bart. Bald. Castrensis, Jason *hic.* Aliud censent, si alia bona extent, ex quibus dos aut donatio propter nuptias dari poſſit, etiam si duplum promittatur. vid. *l.* 27. *T. de evict.* 31 Qui rem alienam sciens comparat, ut alienatio prohibita, fi tamen id quod ex eo fit, ad